

Uenetiarum promiserunt solemni stipulatione dictis procuratoribus dicti domini archiepiscopi, quod dictus dominus dux et commune Uenetiarum soluet et dabit seu dari et solui faciet nomine pensionis et afflictus suprascriptarum rerum omni quolibet anno dictorum quinque annorum ducatos mille auri de introitibus et redditibus dicte ciuitatis Patraxii per hunc modum tamen, quod, ut dominus archiepiscopus possit recuperare et redimere aliquas prebendas canonicales pigneratas ac etiam ut habeat, unde sibi possit facere expensas in studio, ad quod intendit ire, dicta ducalis dominatio Uenetiarum teneatur et debeat statim assignatis et datis sibi tenutis et possessionibus suprascriptarum ciuitatis, castrorum et locorum et rerum suprascriptarum dare et numerare uel dari et numerare facere predicto domino archiepiscopo afflictus trium annorum, uidelicet ducatos tria milia et elapsis dictis tribus annis ducatos mille quarto anno et quinto anno alios ducatos mille, ita quod in totum pro tota dicta pensione et afflictu quantitas non excedat ducatos quinque milium pro omnibus dictis quinque annis ...

Actum Venetiis in ducali palatio presentibus egregio et nobile uiro domino Laurentio Uenerio, honorabile ciue Uenetiarum, et prudentibus et circumspectis uiris ser Bernardo de Andalo, ser Nicolao Uido, ser Alexandro de Reguardatis, notariis imperialibus et ducatus Uenetiarum scribis, testibus ad hec uocatis specialiter et rogatis.

(Signum notarii) Ego Iohannes de Bonisio, filius quondam ser Nicolai de Uenetiis, publicus imperiali auctoritate notarius et ducatus Venetiarum scriba, predictis omnibus et singulis presens fui ac de mandato prefati domini ducis scripsi et in publicam formam redegei signumque meum apposui consuetum»¹²⁴.

85

1316. Νοταριακό έγγραφο. Χάνδακας [λ].

Μαρία Κωνσταντουδάκη – Κιτρομηλίδου, «Δύο ζωγράφοι της Κρήτης και μία περίπτωση δουλεμπορίου (1316)», *Κλητόριον εις μνήμην Νίκου Οικονομίδη*, Αθήνα-Θεσσαλονίκη 2005, σσ. 250.

86

1316-1374. Αποφάσεις του Μεγάλου Μαγίστρου της Ρόδου. Αβινιόν, Νίσυρος, Ρόδος, Χίος [λ].

J. Delaville Le Roulx, *Les Hospitaliers à Rhodes jusqu'à la mort de Philibert de Naillac, 1310-1421*, Paris 1913, σσ. 361-364, αρ. 1· σσ. 367-368, αρ. 3· σσ. 370-374, αρ. 5-6· σσ. 376-380, αρ. 8-9.

¹²⁴. σσ. 162-171, αρ. 5.